

Incipiunt quaedam instituta de legibus

(H)AEC est institutio quam regum anglorum.
 cnud rex cum consilio principum suorum sapi-
 entium, ad laudem dei, et honorem sui ipsius, et profe-
 5 ctum totius regni cui praeverat, instituit. In primis
 quod super omnia uellet semper unum deum colere, a-
 mare, honorare, unam fidem christi unanimiter
 seruare, aecclias dei in pace et securitate cu-
 stodire, easdemque sepius frequentare pro quiete et
 10 stabilitate regni sui, proque salute corporis et a-
 nimae sua. Omnis itaque aeclesia secundum normam iusti-
 ciae, debet esse in propria pace et securitate dei, et
 omni christiano conuenit maximam reuerentiam
 exhibere aecclias dei. Pax enim et securitas dei,
 15 summa diligentia promerenda et tenenda est,
 deinde pax et securitas regis. Quare aequissi-
 mum est ut pax aeccliarum dei infra parietes,
 et pax data manu christiani regis semper stet
 inuolata. Et qui aliquando aeccliae scilicet aut
 20 regis pacem fregerit, careat omnibus bonis suis
 cum uita, nisi rex illi parcere uoluerit. Quod
 si dehinc aliquis pacem aeccliarum dei ita uiola-
 uerit, ut infra parietes homicidium faciat,
 hoc sit inemendabile, persequaturque talem

omnis qui uoluerit dei esse amicus, nisi hoc fiat
 ut effugiat, et talem locum aut hominem requi-
 rat, pro qua requisitione ei rex uitam condonet.
 At tamen ad plenam emendationem. Si autem ad
 5 emendationem peruerterit, et rex hoc permiserit,
 ante omnia aeccliae pacem fractam pleniter emendet
 secundum plenam forisfacturam quam angli nominant
 mundbrece, aeccliae reconciliationem adquirat,
 plenam emendationem parentibus et domino occisi
 10 persoluat, quam angli mæbote et manbote dicunt,
 et super omnia deo satisfaciat secundum decretum episcopi.
 Sin autem aliter de uiuis pax aeccliae uiolata fue-
 rit, uel pugnando uel rapiendo, uel per quicquid sit,
 in primis semper fiat emendatio aeccliae secundum quali-
 15 tatem eius. Non enim sunt omnes aeccliae unius eiusdemque
 honoris, quanvis habeant unam eandemque consecra-
 tionem. Principales autem aeccliae sicut episcopatus
 et abbatiae talem emendationem uiolatae pacis
 secundum legem anglorum habere debent, mundam re-
 20 gis, hoc est quinque libras. Secundum certe legem da-
 norum, octo libras. Mediocris autem aeccliae du-
 as libras, hoc est secundum forisfacturam regis, et ad-
 huc minoris aeccliae hoc est ubi parum seruitii
 fit et tamen cimiterium habet, forisfactura est

unius librae, minime uero aeccliae quam angli feldciri-

- ce uocant, octoginta denariorum.
 (O)mnibus igitur christianis iustissime decet summa diligentia reliquias sanctorum ordinatos, et domos
- 5 sanctificatas semper uenerari, et unumquenque ordinem secundum mensuram et uitam suam honorare. (Propter ea intelligat quisquis bene scit, magnum est et bonum quod sacerdos habet facere ad populi necessitatem, si ipse domino recte placuerit.)
- 10 Magna (enim est) adiuratio et maior consecratio, quae demonia eiciunt et in fugam uertunt, quotiens infans baptizatur, aut corpus domini consecratur. Certe angeli circumuolant, et per dei uirtutem sacerdoti auxilium praebent, facta
- 15 muniunt, quotiens christo digne seruiunt. Sic etiam semper faciunt, cum deuote christum inuocant pro populi necessitate, et deo praeces fundunt. Et ideo in tali ordine ut diximus, magna debet esse discretio et consideratio.
- 20 (Si) contigerit presbiterum regulariter et caste uiuentem calumniari de latrocinio aut de incantatione, uel de aliqua simili re, et negauerit, ita se purgabit si audet. Missam celebret, et per corpus domini solus de una appellatione quam

6–9 (Propterea — placuerit) over erasure 10 est enim *marked for transposition*

59v

- angli uocant anfealde spæce, se purget. Et si tres appellationes fuerint, secum acceptis duobus presbiteris, purget se sicut praediximus si audet. Ipse tamen presbiter teneatur usque ad iudicium episcopi, uel
- 5 ista tamen fiant secundum iudicium episcopi. (Si) autem diaconus qui regulariter uiuit calumniantur simpla appellatione, acceptis duobus diaconibus secum, purget se. Et si tres calumniae fuerint, sex secum diaconibus acceptis ita se purget.
- 10 (Si) popularis presbiter calumniatur qui non regulariter uiuit de supradictis, purget se sicut diaconus qui regulariter uiuit. (Si) aduena (aut) peregrinus ordinatus calumniatur de iam nominatis criminibus, quia aliud auxilium
- 15 non habet, eat ad panem benedictum quem angli corsnade uocant, et ibi inueniet quod deo placuerit. (Si) quis ordinatus calumniatur de homicidio quod fuisset in facto, aut in consilio, purget se cum
- 20 parentibus suis, qui possunt emendare aut depor-tare. Si non habet parentes, purget se cum sociis, uel incipiet ieunare, et sic eat ad panem benedictum de quo supra diximus, et ibi inueniat deo placita.

60r

(N)ullus monachus monasterialis debet emendare homicidium nec petere emendationem homicidi, licet sit parens occidentium uel occisi, quia ubi intrat monasterium pro tenenda regula, relin-

- 5 quit ea quae sunt secularia. Et si quis commendauerit alterius monacho pecuniam aut aliquid tale ad custodiendum sine licentia prelati sui, et monachus illud perdiderit, sit illi perditum qui sine licentia prelati eius monacho commendauit.
- 10 (P)resbiter si calumniatus et coniunctus fuerit quod stetisset in falso testimonio, aut iurasse cum periuris, aut fuisse socius aut conscious latro(c)i(n)ii, deponatur a communione et a societate ordinatorum, et careat liberalitate eorum quod angli uocant
- 15 thegenscipe, nisi profundius satisfaciat deo et hominibus secundum praeceptum episcopi sui, et fideiussores inueniatis quod ab eo tempore amplius cessabit ab eiusmodi operibus. Quod si negauerit et purgare se uoluerit, secundum culpae modum et quantitatem se purget. Hoc etiam statuimus ut unusquisque cuiuscunque ordinis aut sexus sit, seruet ordinem suum, et
- 20 praecipue hoc precipimus seruis et ancillis dei, uidelicet episcopis, abbatibus, abbatissis, monachis, sanctimonialibus, canonicis, presbiteris, nonnis, ut

60v

regulariter uiuant sicut diximus secundum ordinem uniuscuiusque, castitatem seruent, ab ira dei sibi caueant, et alias uiuendo et monendo castigent, ut se ab infernali incendio custodi-

- 5 ant. Optime enim norunt episcopi et caeteri ordines quos supra nominaui, quod illis nullo modo licet communionem mulierum habere, nec cum illis coire. Qui autem abhinc a tali opere cessare, et castitatem custodire studuerit,
- 10 misericordiam dei habeat, et secundum dignitatem seculi liberalitatem quam angli uocant thegenscipe.
(O)mnen etiam christianum obnixe precamur fornicationem deuitare, leges et praecepta dei diligenter custodire.
- 15 (H)oc quoque rogamus et in nomine domini praecipimus, ut nullus christianus accipiat sibi uxorem infra sextum genu, nec in relicta uxore quae ita fuit propinquuo parenti coniuncta, nec in parente uxoris sua quam ante habuit, nec in compatra
- 20 sua, nec in consecrata sanctimoniali aut nonna, nec in alterius relicta quam angli uocant obres mannes ælæte. Talibus ut diximus, nemo christianus se iungat, nec habeat nisi unam uxorem quae sit ei legitime desponsata, eaque

61r

sola dum uiuit sana et infirma sit contentus.

(S)ollicite quoque studeamus rectitudines dei persoluere, scilicet elemosinas carrucarum quam angli uocant sulæl-

- 5 messe, quindecim dies post pascha, decimas pecorum et pecudum in pentecosten, frugum terrae sicut carruca perarat in festiuitate omnium sanctorum. Si quis decimam sicut carruca perarat dare noluerit, prepositus regis et prepositus episcopi,
- 10 prepositus etiam domini cuius in capite terra est et presbiter

aecclesiae ad quam decima (illa) pertinet, eant, et si aliter
non possunt, ui auferant decimam et dent aecclesiae
ad quam iuste pertinet, nonam autem partem ei qui
iniuste decimam retinuit, octo uero partes diui-
15 dant inter dominum terrae et episcopum cuiuscunque homo sit,
regis, comitis, aut liberalis hominis quem
angli thegen uocant.
(P)ecunia autem sancti petri quam angli romescot
uocant, sit persoluta in festo sancti petri in prin-
20 cipio augusti mensis. Et qui (non) eo eo persoluerit,
etiam si est unus denarius, qui dare eum debuit
et non dedit, accipiat eundem et insuper tri-
ginta denarios et portet romae, et cum re-
dierit, tale signum reportet secum, ut certum

61v

sit quod romae fuit, et beato petro ibi triginta
et unum denarium sicut statutum est persoluerit.
Cum autem reuersus fuerit domi, persoluat regi
quadraginta solidos. Si uero idem homo secundo reti-
5 nuerit, similiter omnino faciat. Tertio autem si
retinuerit, auferantur ei omnia bona sua.
(S)cotum ad luminaria quod angli
uocant lihtgescot, ter in anno detur de una-
quaque hyda cera unius oboli in uigilia paschae,
10 in uigilia sancte MARIAE in mense augusto, in uigilia
omnium sanctorum.
(S)i liberalis homo quem angli thegen uocant
habet in alodo suo aecclesiam quae habeat cimi-
terium, tertiam partem decimae propriae terrae suae det
15 illi aecclesiae. Quod si aliis habet aecclesiam quae cimite-
rium non habeat, de nouem partibus bonorum suorum
det aecclesiae suae.
(O)mnes autem decimae reddantur antiquis aecclesiis ad
quas iuste parochiani pertinent, tam de dominio li-
20 beralis hominis id est thegnes, quam de terra
uillanorum id est tunmannes, sicut carrucae perarant.
(O)mne uero aecclesiasticum donum quod
angli ciricsceat uocant detur antiquis aecclesiis, quod
sit persolutum in festiuitate sancti martini. Si quis

9 hyda *glossed i.* suling *perhaps by a different hand* 13 alodo *glossed i.*
bocland *perhaps by a different hand*

62r

ultra illum diem illud retinuerit, reddit illud
episcopo, et undecies persoluat ei, et regi xl.ta solidos.
(S)i quis corpus parentis aut amici sui
de propria parochia alias portare ad sepeliendum
5 uoluerit, faciat prius rectitudinem parochiae
ad quam pertinet, scilicet redditus quod angli saulge-
scot uocant, quod recte persolui debet ad apertum
sepulchrum.
(S)oletennitatem sanctorum diligenter celebrentur, et dominici
10 dies ab praecedentis sabbati nona hora usque ad lu-
cem sequentis secundae feriae feriantur. Aliae autem fe-
stiuitates et iejunia districtae custodiantur
sicut praecipitur.

(I)nterdicimus mercatum dierum dominicorum, et omnia popula-
15 ria placita, nisi sit maxima necessitas, opera quoque
uenantia et omnia secularia negotia prohibemus.
(L)egitima etiam ieunia
et uigiliae sanctorum, sanctae mariae scilicet et omnium
apostolorum excepto philippi et iacobi propter pascalia
20 festa, et ieunia omnium sextarum feriarum nisi
sit festiuitas teneantur. A pasca tamen usque
pentecosten nullus ieunet, nisi sit preceptum
pro publica poenitentia. A die etiam nativitatis
domini ad octauas epiphaniae idem custodiatur.

62v

(I)n omnibus festis et diebus ieuniorum
et diebus quadragesimae, et ab aduentu domini usque
octo dies post octauas epiphaniae, et a septua-
gesima usque quindecim dies post pasca, omnia
5 iudicia ferri et aquae, et omne iusurandum
ex parte dei prohibemus. In his diebus sit pax
et securitas omnibus christianis, et lis et con-
tentio omnis destruatur. Et si aliquis
debet alteri pecuniam aut aliquid aliud,
10 reddat aut ante, aut post in proximo. Fa-
ciamus etiam sicut nobis expedit, preparemus
nosmet ipsos, et tales nos exhibeamus, ut sal-
tem ter in anno possimus communicari corporis
et sanguinis domini.
15 (S)apientes regni mei cum decreuerunt
celebrari festiuitatem sancti eadwardi regis xv.
kl' aprilis, et sancti dunstani xiiii. kl' iunii.
(D)ebet etiam quisque christianus discere, Pater noster,
et credo in deum, quia per pater noster debet deum orare,
20 et per credo in deum fidem suam ostendere. Christus ip-
se pater noster prius cantauit, et postea discipulos
suos docuit. Per pater noster enim potest quisque prome-
teri omne quod necess()arium est in hoc seculo et in
futuro. Sed quomodo potest aliquis intimo corde

63r

deum rogare, nisi habeat rectam credulitatem? Opor-
tet ergo ut post pater noster discat credo in deum, ut
ostendat se christi fidem habere. Et uere dico
uobis non est perfecte christianus, nec est dignus corpus
5 et sanguinem domini accipere, nec aliquem de baptis-
mo leuare, nec ad confirmandum ante episcopum a-
liquem tenere. Et uere non est dignus ut corpus eius
inter corpora christianorum sepeliatur, qui ista duo
ignorat. **Haec est institutio secularis quam ego per consi-**
10 **lum et consensum optimatum meorum seruare per**
totum regnum meum statui.
(I)n primis ut iustae leges erigantur, et iniustae de-
primantur et abiciantur, recte leges diuiti et
pauperi teneantur. Quod si iusticia sit onerosa,
15 consideret ille mensuram ad quem pertinebit
tunc iusticia, sicut uult sibi prouideri a deo
cui nos cotidie dicimus, et dimitte nobis debi-
ta nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
(I)nterdicimus etiam ne pro parua re

- 20 christiani morti tradantur, scilicet pro latrocinio
aut pro talibus rebus, sed alio modo corrigantur propter
alios, ne culpae inultum remaneant.
(E)t prohibemus ne christiani gentibus extra hanc
terram uenudentur, nec in paganismo, ne anima

63v

- christiana quam ipse christus suo sanguine redemit,
pereat.
(I)ncantatores et incantatrices et malefici et
apertae meretrices, aut de regno nostro expellan-
5 tur, aut in terra male pereant, aut deo et homini-
bus publice satisfaciant.
(I)nterdicimus etiam omnem superstitionem paganorum,
uidelicet colere idola, solem, lunam, ignem, aquam,
fontes, lapides, lignum frondosum, lignum uiride
10 aut aridum adorare, maleficia exercere, mor-
thrum amare. Haec enim omnia omni christiano ex
parte dei prohibemus.
(O)cculti homicidae, periuri, ordinum uiolatores,
nuptiarum coniugatarum quos angli uocant
15 æwbrece, aut cito ad poenitentiam currant,
aut festinanter cum peccatis suis a regno nostro
recedant. Adulatores, mendaces, pauperum spoli-
atores, et raptiores, cito iram dei incurvant, nisi
resipiscant et cessent, et deo satisfaciant.
20 (S)tudeamus omnes omni
instantia pacem et securitatem stabilire, et sta-
bilitatem monetae. Sic pacem et securitatem, ut
prosit pauperibus hominibus, et obsit latronibus. Sic sta-
bilitatem monetae, ut una uadat per totam terram

64r

- angliae sine falsitate, quam nullus deiciat. Et
qui dehinc inuentus fuerit falsum fecisse, care-
at manibus cum quibus falsum fecit, et nulla pecu-
nia eas redimat, nec auro nec argento. Et si uice-
5 comes calumniatus fuerit quod falsator per eius li-
centiam fecisset quod fecit, purget se triplici
purgatione sacramenti, aut igniti ferri quod an-
gli nominant thrifealde lade. Et si ceciderit
in purgatione, sustineat quod falsus monetarius
10 sustinuit.
(M)ensurae et pondera per totum regnum angliae ita
corrigantur, ut sint recta.
(H)ae sunt consuetudines regis, quas habet super omnes homines
in uestesxe forisfacturam quam angli uocant
15 mundbrece, hamsocne, hoc est inuasio in propria
domo, aut infra curiam (causa) alicuius mali, Fore-
steal, quod nos possumus dicere contrastationem
(causa mali), Ferdwite, quod nos possumus dicere
dimissionem belli.
20 (H)ae inquam sunt consuetudines regis, nisi rex ue-
lit aliquem honorare dando ei quod sui iuris est.
Si quis fecerit opus expulsi quod angli uocant utla-
ges weorc, uideat rex de pace, uerum si ipse
habet alodium totum sit regis cuiuscunque homo sit.

4–5 uicecomes glossed i. prepositus ciuitatis aut uillae 7 igniti ferri
glossed i. ordel perhaps by a different hand 12 recta glossed unita 18
mali causa marked for transposition 24 alodium glossed bocland perhaps
by a different hand

64v

- Et qui exulem quem angli uocant utlaga pauerit
post expulsionem, quod angli dicunt fede op̄e
fermie, det regi centum solidos, nisi se purga-
uerit quod illum nescisset expulsum clamatum, quod
- 5 angli dicunt gekidne utlaga. In lege mercia
rex habet easdem consuetudines.
(I)n lege autem danorum, habet rex has. Violationem
monetae quod angli uocant feohwite, dimissio-
nem belli, quod angli dicunt ferdwite, fractio-
- 10 nem pacis, quod dicunt griðbrece, inuasionem
in domo uel in curia quod dicunt hamsocne,
nisi rex uelit dare quod suum est. Qui expulsum
pauerit aut detinuerit pacifice, quem angli
uocant friðleasne man, reddat regi sicut
- 15 lex est plenam emendatione, et qui expulsum
expulit, despectum suum si ita iustum est.
(S)i quis iniustas leges adinuenerit et iudica-
uerit, aut causa odii, aut adquisitionis pe-
cuniae, sit reus regi xl. solidorum in lege anglorum,
- 20 nisi iuramento affirmauerit se rectius iudica-
re nescisse, et postea careat liberalitate sua,
nisi eam a rege redimat ad uelle regis. In lege da-
norum erit reus forisfacturae, quam dani uocant
lahslit. In lege eorum liberalis hominis lahslit uo-

65r

- cant decem dimidiae marcae, hoc est quinque marcae.
Hominis alodium habentis vi. dimidiae marcae, hoc est
tres marcae. Villani lahslht quem angli uocant
ceorlman, xii.cim orae.
- 5 (Q)ui rectum iudicium et iustum legem abnegat,
sit forisfactus ei cui iustum est. Si regi, det illi xl.
solidos. Si comiti, xx. solidos. Si hundredo, x.
solidos. Si contra omnes hos, omnibus reddat. Per legem
danorum, lahslht reddat.
- 10 (S)i quis alium accusauerit iniuste, ita ut accu-
status perditurus sit propter delationem accusantis pe-
cuniam aut uitam, et accusatus se inde expur-
gauerit, delator sit reus linguae sua, nisi
persoluat delatum secundum pretium suum quod angli di-
- 15 cunt be his were.
(C)onstituant popularia placita, quod angli
uocant hundræd sicut iustum est et ante hac
factum est, super forisfacturam quam lex docet, et
nemo requirat regem, nisi non possit habere recti-
- 20 tudinem in hundredo suo.
(C)iuilia placita ter in anno teneantur, et co-
mitatus bis in anno congregetur, nisi plus necesse
sit, et in illo comitatu sint episcopus et comes qui
ostendant populo et iusticias dei, et rectitu-

2 alodium glossed bocland perhaps by a different hand

dines seculi.

- (N)ullus accipiat pro aliqua forisfactura quicquam quod angli uocant name, nec infra comitatum nec extra antequam ter iusticiam in hundredo
 5 requirat. Quod si uice tertia rectum habere non poterit, eat ad comitatum, et ostendat se iam tertio hundredum adisse, rectum requisisse, et habere non potuisse. Tunc comitatus statuat illi diem, in quo qui calumniatur faciat rectum. Quod si
 10 dies statutus fractus fuerit, a(c)cepta licentia a comitatu in eundo et in redeundo, ut possit accipere name quo usque habeat sua.
 (C)onstituimus etiam, ut omnis liber homo qui uoluerit esse dignus purgatione et libertate, quod
 15 angli dicunt ladewurþe, 7 wereswurþe, sit in hundredo et in plegio, aliter si occisus fuerit postquam erit duodennis, non erat ulla liberalitate dignus.
 (H)o quoque dicimus et de iis qui domum et terram habent
 20 et de iis qui non, sed seruiunt aliis, quos angli uocant husfæst 7 folgæres ut omnes sint in hundredo et sub plegio qui eos teneat ad iusticiam, si aliquando calumniatur de hac re.
 (M)ulti fortis homines uolunt cum ingenio

23 hac *glossed* aliqua

<quire II starts here>

- defendere in placitis suos subiectos, quo leuius illis posse uidetur pro seruis aut pro liberis. Sed huic iniustiae nos consentire nolumus. Propterea precipimus, ut omnis homo ultra aetatem duodecim annorum faciat sacramentum, quod nec latro uult esse nec latroni consentire.
 (S)i sit autem quisquam fidelis homo qui iuste non fuerit calumniatus de aliqua turpe re, et cui iuramentum non fregerit in ore nec iudicium ferri
 10 uel aquae, quod angli dicunt, þam þe ne bærst ne aþ, ne ordel, iste talis si aliquando calumniatus fuerit, purget se simplici purgatione. Infidelis autem homini eligatur iuramentum quod angli uocant anfealdne að in hundred()o, et triplex
 15 iuramentum sicut conuenit curiae illi ad quam pertinet, (aut) uadat ad iudicium.
 (Q)ui autem debet conquerere simplicem purgationem, simplici sacramento hoc faciat, hoc est accipiat duos et sit ipse tertius, et sic iurando
 20 conquerat. Triplex uero iuramentum, sic conqueratur. Accipiat v.que et sit ipse sextus, et sic iurando adquirat triplex iudicium aut triplex iuramentum. Si liberalis homo id est thegen habet fidem hominem qui pro eo possit iurare praeiuramentum

24 praeiuramentum *glossed* i. forath *perhaps by a different hand*

ita sit. Si autem non habet, ipsemet iuret, nec

ei perdonetur aliquod praeiuramentum.
(S)i latrocinium inuenitur in manu uel in pote-
state alicuius qui se non poterit excusare, si uult
5 warantem nominare, nullo modo ei liceat nisi ha-
beat duos idoneos testes, qui fuerint uidentes
et audientes unde sibi uenit quod in manu sua,
uel in potestate captum est. Et ostendant te-
stes hoc per sacramentum quod (iuste sibi) sunt testes
10 et fideles, sicut uidentes et audientes in fi-
de dei et per fidem domini sui, quod iuste illud adquisiuit.
(V)olumus etiam ut nullus emat
aliquid ultra quattuor denariorum ualens, nec rem
uiuam nec mortuam, nec iacentem sine quattuor ido-
15 neis testibus, nec infra burgum nex extra. Et si
non tot nec tales testes habuerit, et aliquid tale
in manu uel in potestate eius inuentum fuerit,
et ipse uarantem uoluerit uocare, non ei uale-
at neque liceat, sed reddatur calumnianti quod
20 suum est aut ualens, et insuper iterum tantum ualens,
et forisfacturam qui eam iuste habere debet. Quod
si tales testes habuerit quales supra diximus,
uuarantem uocet, et ille uocatus uocet alium si
potest, et tertius adhuc tertium uocet si potest,
9 sibi iuste *marked for transposition*

67r

et tertius suum faciet si ualet, quod si non ualet, redda-
tur ei qui iuste habere debet. Nobis tamen iniu-
stum uidetur quod aliquis debeat sibi iurando uin-
dicare quod iuste suum est ubi testes sunt, et sal-
5 tem ante sex menses postquam furto ablatum est
quod quaerit.
(Q)ui sepe calumniatus est de furto, et hundredum
uocatus ter declinet, inueniantur de hundredo
qui eum adeant, et inueniat si potest adhuc ple-
10 gios. Quod si non potuerit aut noluerit, ca-
piatur uiuus aut mortuus, et omnia quae habet,
et in primis reddatur calumnianti de rebus latro-
nis, quod angli uocant his ceapgeld, et quod
remanet diuidatur per medium inter hundredum
15 et dominum latronis. Si autem parens illius latro-
nis aut aliquis alias contradixerit adire illum la-
tronem sicut diximus, det regi xl. solidos.
(P)ublicus latro et traditor proprii
domini, quem angli uocant hlauerdswice, quicquid
20 requisierint, nusquam uitam inueniant.
(S)i quis in placitis per contrarias
calumnias uult defendere se ipsum aut hominem
suum, pro nichilo habeantur illae calumniae, sed re-
spondeat calumnianti se sicut hundred

67v

iudicauerit.

(N)emo teneat aliquem hominem diutius tribus
noctibus, nisi dominus eius cui prius seruiuit eum commen-
dauerit. Quod si aliter fecerit, persoluat priori
5 domino despectum eius, et regi forisfacturam suam.

(N)ullus repellat a se seruientem
suum, antequam sit purgatus de omni calumnia un-
de fuit prius calumniatus.
(S)i cui latro occurrerit, et sine clamore il-
10 lum sponte abire permiserit, soluat latronem
cui iustum est praetio unius latronis, aut purget
se pleno iuramento quod eundem nesciuit esse latronem.
(S)i quis est infidelis hundredo suo,
et sepe est calumniatus, si simul uno die tribus ca-
15 lumniis proclamatus fuerit, triplici iudicio se
purget. Quod si dominus eius dixerit, quia nunquam
ille fregerit iuramentum, nec iudicium, nec prea-
tum latrocini persoluit, tunc ille dominus accipiat
secum duos fideles et hoc ita esse sacramento af-
20 firmet, nisi tales praepositum habeat qui dignus sit
hoc idem pro eo facere. Si sacramentum bene praeces-
serit, ille calumniatus eligat quid horum uolue-
rit, aut simplex iudicium, aut sacramentum
xx.ti solidorum in tribus hundredis ultra xxx.ta

68r

denarios. Quod si non audent sacramentum facere,
eat ad triplex iudicium. Ita autem adquiratur
illud triplex iudicium. (*) Accipiat secum quinque
et sit ipse sextus, ita enim conqueritur triplex iudi-
5 cium. Quod si reus fuerit et in iudicio cecide-
rit, prima uice ante alia reddat calumnianti-
bus duplicita sua, et dominis illorum pretium eorum, et po-
stea inueniant fideiuissores quod deinde cessa-
bunt. Si secundo ceciderint, abscidantur illis ma-
10 nus aut pedes, aut utrumque, si culpa tanta fue-
rit. Quod si adhuc maiora fecerit, eruantur
sibi oculi, et auferantur sibi nasus cum labro, et
aures, aut corium capitum cum capillis, quod angli
dicunt behætian. Sic possunt latrones cor-
15 rigere, et animae saluari. Quod si calumniatus
euaserit, et iudicium decinauerit, fideiu-
sores reddant calumnianti quod a latrone ex-
egit, et regi praetium latronis, aut illi qui habet
sacae et socne. Quod si dominus latronis incul-
20 patus fuerit quasi sponte illum ire permiserit,
acceptis quinque fidelibus hominibus, purget se si po-
test. Si se purgauerit, illi detur praetium la-
tronis, id est were. Si purgare se non poterit,
rex habeat illud praetium, et latro habeatur

3 (* quod angli dicunt
ofræce þæt ordel.) *perhaps by a different hand*

68v

exul et reus ab omni populo.

(O)mnis dominus habeat familiam suam in proprio plegio
suo, ut si aliquis illorum calumniatus fuerit, respon-
deat hundredo in quo calumniatus est sicut iustum
5 sit. Si post calumniam euaserit, dominus soluat
eius were regi, et plegii quod calumniatus est. Si autem
infra annum et unum diem dominus eius illum capere pote-
rit, recipiat hoc quod pro eo dedit. Et si ipse

dominus calumniatus fuerit quod eum sponte fugere
10 permiserit, si ille liberalis est, id est thegen,
acceptis quinque similibus purget se. Si non pote-
rit purgare se, persoluat regi were suum, et
homo sit exul ab omnibus.
(S)i seruus ceciderit in iudicio ferri aut a-
15 quae, criminis signum prima uice fiet ei. Si secundo
ceciderit, nichil aliud emendationis acci-
piatur, nisi ut ei caput abscidatur.
(Q)ui omni populo infidelis est, praepositus regis po-
nat eum sub fideiussoribus ut custodiant illum
20 ad iusticiam, et si non potest habere plegios, oc-
cidatur, et in loco latronum sepeliatur. Quod si forte
aliquis eum ui defendere uoluerit, habeat e-
andem legem. Et qui hoc supersederit, et ista face-
re noluerit sicut nos omnes simul condiximus,

69r

det regi quadraginta solidos. Et sit inter ciuita-
tes una lex et una purgatio.

(S)i aduena aut peregrinus qui de longinquu uenit
sit tribulatus pro penuria amicorum ut non possit ha-
5 bere plegios ad primam calumniam, tunc subeat cap-
tionem regis, et ibi expectet quoadusque uadat
ad iudicium ferri aut aquae, illicque inueniat quod
potest. Certe dico uobis, si quis extraneo aut pere-
grino de longe uenienti aliud iudicium iudica-
10 uerit, sibi ipsi nocet.
(S)i quis periurium fecerit super textum euangelii aut
super reliquias sanctorum, et uictus fuerit quod iniuste iu-
rauerit, careat manibus, aut det dimidium praetium
sui ipsius, et hoc diuidatur inter episcopum et dominum ipsius
15 hominis, et post hoc non sit dignus iuramenti, quod angli
dicunt atheswurþe, nisi altius deo satisfaciat, et
fideiussores inueniat quod amplius cessauerit.
(Q)ui uero steterit in falso
testimonio et uictus fuerit quod ita sit, non sit
20 amplius dignus stare aut portare testimonium,
quia legalitatem suam perdidit, et ideo persoluat regi
aut domino terrae x. solidos, quod danū uocant halsfang.
(S)i quis aliquem de seruitoribus
altaris occiderit, sit exul contra deum et contra

69v

omnes homines nisi per exilium altius emendet, et parenti-
bus etiam, aut purget se purgatione quam angli
uocant werelade, et infra triginta dies inci-
piat poenitentiam et emendationem contra deum et homines.

5 (S)i quis ordinatum aut alienum per
consilium suum perdere fecerit pecuniam aut uitam,
tunc debet esse rex illi pro parente et pro domino, nisi alium
habeat, et emendetur regi secundum quod iustum est, aut
ipse rex districte uindicit quod factum est, quia
10 christiano regi conuenit et decet ut acriter uindicet
in eos qui leges dei uiolant.
(S)i minister altaris homicidium fecerit, aut
aliquid magnum scelus, careat et ordine et libera-
litate sua, et uadat in exilium secundum quod papa sibi

- 15 constituerit. Quod si purgare se uoluerit, tripli-
ci sacramento se purget, et nisi infra triginta di-
es emendationem inceperebit, et deo et hominibus satisfec-
erit, expellatur a terra, et sit exul.
(S)i quis aliquem ordinatum ligauerit aut ceciderit
20 aut turpiter deriserit, emendet illi secundum quod
iustum est, scilicet secundum modum ordinis, et episcopo al-
taris emendationem, quod dicitur wifedbote, et domino aut
regi plenum despectum, omnia ista secundum modum or-
dinis, aut purget se plena purgatione.

70r

(S)i quis latro aut alias condemnatus
ad mortem quaerit confessionem, nullo modo ei denegetur.
Quod si quis fecerit, regi emendet, aut purget se sexto.

(N)ullus latro aut morte

- 5 condemnatus die dominico aut alio aliquo die festiuo
occidatur, nisi fugere aut pugnare uoluerit,
sed custodiatur quoadusque festiuitas transeat.
(S)i liber homo festiuo die operetur,
et ita festiuitatem uiolauerit, decem solidos per-
10 soluat, et tamen deo satisfaciat. Si seruus hoc
faciat, careat corio suo, aut emendet secundum
modum operis. Sin autem inuitus domino suo praecipien-
te hoc fecerit, dominus careat seruo illo, et det
halsfang, seruus autem sit omnino liber, aut
15 dominus purget se.
(S)i liber homo iejunium uiolauerit, secundum da-
nos lahslit reddat, secundum anglos ad qualita-
tem ieunii. Si seruus iejunium uiolauerit car-
nem manducando, uerberetur secundum modum culpae.
20 (S)i quis uiolauerit iejunium
quadragesimale, aut pugnando, aut rapien-
do, aut mulierem ducendo aut aliquid mali ma(gni-
fa)cendo, dupliciter emendet secundum emendationem
operis uiolatae festiuitatis. Et si negauerit,

17 lahslit glossed i. x. sol'

70v

tripli purgatione id neget.

- (S)i quis aliquam aecclesiasticam rectitudinem armis
defenderit, decem solidis secundum danos emendet,
si negauerit, accipiat undecim et ipse sit duo-
5 decimus, et ita se purget. Quod si ibi (aliquem) uulnerauer-
it, id illi emendet cui uulnus fecit, et domino illius
plena forisfacturam, et manum suam ab episcopo redi-
mat, aut perdat. Et si hominem occiderit, sit
exul, et cum clamore expellatur ab omnibus qui dei
10 iusticiam uolunt. Et si ipse occisus fuerit propterea
quia contra iusticiam pugnauerit, iaceat imperso-
latus, quod anglri dicunt ægylde.
(Q)uicunque uiolauerit ordinem, sicut est aut
monachum, aut presbiterum, aut aliquem ordinatum
15 uerberauerit aut aliquid huiusmodi fecerit, haec
ita emendet secundum modum ordinis, aut secundum prae-
tium id est were, aut secundum forisfacturam, aut secundam
omnia quae habet malefactor.

- (Q)ui coniugium uiolauerit, uidelicet iacendo
 20 sub coniuge sua fornicatus fuerit cum alia femina,
 uel quod peius est cum alterius coniugata, faciat poenitentiam secundum librum poenitentiale.
- (S)i quis uirginem ui rapuerit, et cum ea coierit,
 reddat eam pretio suo, quod angli dicunt be hyre were.

16 ordinis *glossed* (uel) patientis 17 were *glossed* patientis *perhaps by a different hand* 17 forisfacturam *glossed* patientis *perhaps by a different hand*

71r

- (V)idua etiam si ui rapta fuerit,
 et cum ea coitus factus sit, simili praetio persoluatur.
- (M)ulier quae uiuente uiro cum
 altero uiro adulterata fuerit, et apertum factum
 5 sit, fiat sibi ipsi ad opprobrium seculi, et uir eius legalis habeat omnia sua, sed illa careat naso et auribus.
 Si autem negauerit et purgare se voluerit, et in iudicio ceciderit, episcopus uideat et districte uindicet.
- (S)i uir legalem coniugem habens,
 10 fornicatus cum ancilla sua fuerit, careat ancilla illa et pro semet ipso deo et hominibus emendet.
- (Q)ui habet legalem (coniugem), et etiam concubinam, nullus presbiter nec aliquis alias faciat sibi aliquod seruitum quod christiano fieri debet, antequam cessa-
 15 uerit.
- (A)lieni, nisi legale coniugium custodierint, expellantur de terra cum substantia, et peccatis.
- (S)i apertum mordrum fuerit,
 ut aliquis per illud occidatur, reddatur parentibus
 20 suis, et si purgatio euenerit, et in purgatione ceciderit, episcopus uideat et iudicet.
- (Q)ui de tra(di)tione regis aut domini sui insidiatur, careat omnium bonorum suorum, et reus sit mortis, nisi se purgauerit triplici iudicio.

71v

- (S)i quis plegium regis fregerit, emendet quinque libris.
 Et qui fregerit plegium archiepiscopi aut reguli quem angli uocant æpeling, tribus libris emendet. Episcopi aut comitis, duobus libris emendet.
- 5 (S)i quis pugnam fecerit in regali aula, careat uita nisi ei rex parcere uoluerit. Et qui ante archiepiscopum pugnauerit, aut arma extraxerit, quadraginta solidis emendet. (*)
- (S)i quis uaccam aut equam quam angli
 10 uocant stodmere, et uitulum uel pullum cum eis furatus fuerit, pullum soluat duodecim denariis, et uitulum similiter, et matres secundum praetium earum.
- (S)i quis commendauerit aliquem hominem alicui
 15 homini non parenti, et ipse commendatus perierit in ipsa commendatione, et aliquis eum calumnauerit quod dolositate eius perierit, purget se.
- (S)i quis ante comitem in placito pugnauerit, emendet secundum pretium sui ipsius, et
 20 forisfacturam quod angli dicunt, wer 7 wite, et

ante hoc soluat comiti xl. solidos. Et si placitum
populi erexerit propter extractionem armorum
suorum, xl. solidos soluat comiti. Si autem tale
quid factum fuerit ante uicecomitem, aut ante

8 (* Et qui hoc ante episcopum uel comitem fecerit, xx. solidis emendet.)

72r

capellanum regis, xxx. solidis emendet.

(S)i quis pugnam inierit in aula comitis, xx.ti solidis
emendet. Et si hoc fit in domo hominis quem angli

uocant ceorlboren, vi. solidis ei emendetur. Si arma

5 extraxerit et non pugnauerit, iii.bus solidis emendet.

Si autem hoc fit in domo hominis quem angli nominant

radcnih, alii uero sexhændeman, ter carius ei emen-

detur id est xviii. solidis, quam illi quem supra nomi-

nauimus ceorlman. Si in domo liberalis quem supra

10 thegen nominauimus, et quidam dicunt twelfhæn-

deman, hoc fit dupliciter ei emendetur plus quam

illi quem sexhændeman nominauimus, id est xxxvi. solidis.

(S)i quis exarmauerit contra
iusticiam, x. sol' ei emendet, et si ligatus fuerit,

15 medietas pretii eius, quod angli dicunt be healue
were ei persoluatur.

(S)i quis in bello pacem fregerit, quod angli dicunt
griþbrece, reus est mortis, aut praetii sui.

(S)i quis inuasionem domus aut curiae

20 fecerit, quod angli hamsocene uocant, quinque libras
regi emendet. Et si in illa inuasione occisus

fuerit, iaceat impersolutus, quod angli dicunt ægelde.

(S)i quis rapinam fecerit, soluat
et persoluat, et sit reus pretii sui contra regem.

72v

(D)estructio domus et combustio illarum,
et publicus latro, et mordrum, et insidiator proprii domini,

transeunt omnem emendationem, nec aliquam habent.

(S)i quis neglexerit emendationem

5 ciuitatis uel pontis, aut ire ad bellum, soluat
regi xl. solidos, aut ita se purget. Nominentur
ei quattuordecim, et adquirat undecim, et ipse sit duo-
decimus.

(S)i quis secum tenuerit excommunicatum aut exu-

10 lem clamatum, careat omnibus bonis suis et uita, nisi
ei rex parcat.

(S)i quis godes flyman iniuste habuerit, reddat
eum ad iusticiam, et persoluat desppectum cui iustum est,
et regi emendet pretium, id est be were.

15 (H)aec est alleu()atio quam ego uolo (fieri) omni populo, un-
de hactenus ultra modum fuerunt grauati. Hoc est
in primis præcipio omnibus præpositis meis, ut in propriis
uillis meis bene et pleniter arent et seminent,
et culturas optime colant, et inde me et meos

20 pascant, et a nullo aliiquid iniuste extorqueant
unde me pascere possint, nisi quis sponte et uolun-
tarie (eis) aliquod auxilium præbere uoluerit.

Quod si aliquis de hinc forisfacturam aliquam exege-
rit ab aliquo qui eos adiuuare ad hoc noluerit,

preium suum, id est were regi persoluat.
 (S)i quis obmutescit antequam ex hac uita exeat,
 si per neglegentiam seu per subitam mortem, dominus eius ni-
 chil se intromittat de omnibus bonis illius, nisi quan-
 5 tum ad eum iuste pertinet, hoc est tantum quod angli
 uocant hergeate. Sed omnia illius diuidantur secundum
 ordinationem suam mulieri et infantibus, et paren-
 tibus suis. Et illud debitum quod hergeat supra
 nominauimus, ita conuenienter praeparetur secundum quod
 10 natus est. Comitis sicut decet comiti, id est octo
 equos, iiiii.or cum sellis et quattuor sine sellis, iiiii.or
 galeas et quattuor lorias, octo lanceas, et totidem
 scuta, et quinquaginta mancas auri. Liberalis
 hominis qui habet consuetudines suas, quem angli
 15 dicunt kinges þegen debitum post mortem eius
 quod supra nominauimus hergeat, iiiii.or librae, et si no-
 tus fuerit regi, duos equos unus cum sella, et alius
 sine, gladium unum, et duas lanceas, et duo scu-
 ta, et quinquaginta mancas auri, et qui tantum non
 20 potest, xl. solidos. Mediocris hominis quod an-
 gli dicunt læsse þegen, illius hergeat, est equus
 et arma, aut halsfang, quod x. solidi in weassexe,
 in mercia uero et in east ængle, dueae librae
 denariorum.

(V)bi homo sine aliqua calumnia de terra aut de
 alia re moritur uxor eius et pueri remaneant
 similiter. Si autem uir ante mortem proclamatus de
 talibus fuit, oportet ut eius heredes secundum iu-
 5 sticiam respondeant, sicut ipse deberet si ui-
 ueret, et uidua per integrum annum sine uiro per-
 maneat. Quae si ante annum aliter fecerit, ca-
 reat dote et omnibus (bonis) quae habuit per primum uirum,
 et proximi parentes prioris uiri habeant terras
 10 et alia omnia quae illa iuste perdidit. Vir autem
 post acceptus sit reus praetii sui contra regem, aut
 contra eum cui hoc rex concederit. Et quanuis
 coacta fuisse illum accipere, nisi ab illo omnino rece-
 dat ita ut eius nunquam amplius fiat, caret omnium
 15 supradictorum bonorum. Et tamen interdicimus, ne
 uidua ultra modum cito ueletur, sed persoluat
 redditum domino suo, quod supra hergeat nominauimus
 infra duodecim menses, nisi ei ante o(p)portunum
 fuerit.
 20 (N)emo cogat mulierem aut uirginem contra
 uoluntatem illarum quod eis dispiceat, nec pro pe-
 cunia nec pro alia re, nisi quis sponte quid dare uoluerit.
 (S)i quis lanceam suam ad ()ostium
 alicuius posuerit, et intrauerit domum aliqua

de causa, aut si alicubi inuenerit arma ia-
 cere in aliquo secreto loco ubi sine offensi-
 one esse possent si dimitterentur, et ille posu-
 erit (ibi) lanceam suam et alias eam inde rapiat et a-

- 5 liquid mali cum illa faciat, tunc rectum est ut ipse qui cum lancea malum fecerit, ipse malum emendet. Et ille qui lanceam posuit ubi sine lesione iacere potuisset si dimitteretur, purget se si audet, quod non fuit eius uoluntate, nec
10 potestate, nec consilio, nec testimonio eius malum factum quod actum est. Erit tunc rectum secundum iusticiam, ut ipse (sit) inculpabilis, et malefactor malum quod fecit emendet secundum quod lex docet.
- 15 (S)i quis aliquid furtuum ad domum suam portet, et patefactum fuerit, iustum est ut habeat quod quesuiuit, et nisi illud furtum inuentum sit sub clauibus mulieris, sit illa immunis. Has uero claves mulier debet sub cura sua custodire, scilicet
20 dispensae suae, et arcae, et scrinii sui, sub his itaque clauibus si inuentum non fuerit, mulier sine culpa erit.
(H)actenus habita est quaedam prava consuetudo in hac terra, quia pueri qui iacebant in cunis, quanuis

74v

adhuc nullo cibo uterentur, iudicabantur ab auarisis, aequo rei ac si scientiam haberent. Sed ego hoc omnibus modis interdico, et multa alia quae ualde sunt deo contraria.

- 5 (S)i quis timore perterritus a domino suo aut a sociis suis fugerit de bello, siue in terra siue in aqua, careat cum uita omnium bonorum suorum, et dominus accipiat omnia illius, et terram si quam ei antea deditset. Si autem habuerit alodium, sit regis.
- 10 (S)i quis uero ceciderit ante dominum suum in bello, siue in patria siue extra patriam, redditus domini quem supra nominauimus hergeat perdonetur uxori eius, uel heredi. Heredes autem habeant omnia eius cum terris, et iuste diuidant.
- 15 (Q)uisquis terram suam iuste defenderit teste comitatu, possideat sine calumnia dum uiuit, et si placuerit sibi eam uendere aut dare, det cuicunque ei libuerit.
(V)olet etiam ut omnis homo habeat uenationem
20 suam in siluis et in planis super sua, et omnes deuident meam ubicunque illam habere uoluero.
(P)raecipimus etiam ut omnis homo habeat pacem et securitatem eundo et redeundo ad placitum, nisi sit latro omnino publicus.

75r

- (Q)uisquis has leges quas rex modo omnibus hominibus concessit et statuit, sit anglus sit danus uiolauerit, persoluat regi pretium sui ipsius. Si secundo hoc idem fecerit, dupliciter secundum superiorem rationem
5 emendet. Quod si audendo tertio hoc presumpserit, perdat omnia sua.
- .

- .
- (S)i quis aliquid pro aliqua forisfactura accipiat antequam iuste rectitudinem pe-

tat, reddat quod accepit, et secundo persoluat, et quadraginta solidos reddat qui habet sacam et socnam suam, et insuper praetium suum domino suo.
(L)atrones appellamus usque septem homines, a septem
15 usque triginta quinque uocant angli hloth, a triginta quinque dehinc erit exercitus. Qui calumniantur de hloth, si negauerit, ita se purget. Acceptis undecim hominibus, et ipse sit duodecimus, aut despctum calumniantis persoluat, et duas libras
20 pro forisfactura ei det qui habet consuetudines suas. Et si quis calumniantur quasi ducat exercitum super aliquem et negauerit, purget se secundum praetium calumniantis, aut eum persoluat. Si quis per hloth
.

75v

occiderit hominem quem quidam angli uocant twi(h)ænde et alii ceorlman, qui illum se occidisse cognouerit, persoluat eum secundum were suum, et etiam reddat forisfacturas, et quisque de sociis
5 eius qui tunc cum eo fuerunt, xxx.ta solidos persoluat. Si autem talis occiditur qualem supra nominauimus radcnih, et quidam angli uocant sexhændeman, occisor soluat were 7 wite, et quisque sociorum eius lx.ta solidos. Si is qui occisus fuit liberalis, id est
10 thegen sicut superius diximus, qui occidit were 7 wite. Singuli autem sociorum eius c.xx. solidos. Si illa societas quam uocamus hloth haec homicidia fecerit, et postea iuramento hoc negare noluerit, tunc omnes simul calumniati persoluant praetium
15 occisi, et omnes simul unam forisfacturam sicut conueniat praetio, quod angli dicunt be weres mæþe. (E)mendatio uulnerati capit is, si ossa sine foramine, xxx. sol', et si exteri(or) os sit foratum, xv. sol'. Si infra capillos
20 uulnus fuerit unius unciae longum, unum solidum det, si extra capillos fuerit et eiusdem magnitudinis, duo solidi sint emendatio. Si cui auris absciditur, xxx. sol' emend', si autem obturatur, ita ut non possit audire, lx. sol' emend'. Si cui oculus

76r

abscidatur, talis erit emendatio, lx.ta vi. solidi, et sex denarii, et tertia pars denarii. Et si oculus infra caput remanserit, et tamen nichil cum illo oculo uidere possit, tertia pars stet in emendatione. Si cui maxilla abscidatur, lx.ta sol' emend'. Si cui dens anterior auellatur, octo sol' emend', si autem dens (caninus) quem angli fængtoth sit ablatus, iiiii.or sol' emend'. Mandibula (*) hominis, soluitur xv.cim sol'. Si cui os maxillare confringitur, xv.cim sol' emend'.
10 Menti si fissum fuerit, emend' xii.cim sol'. Si cui gurgulium, id est throtbolle perforatus fuerit, emend' xii.cim sol'. Si cui lingua abscidatur, emendatio eius sicut oculi. Si quis uulneratus fuerit (in scapulis) ita ut ius exeat, xxx.ta sol' emendet. Si quis lacertum alicui
15 fregerit, xv.cim sol' emendet. Si quis fregerit alicui utraque brachia, xxx.ta sol' emend'. Et qui pollicem

- absciderit, xxx.ta sol' emend'. Si quis ungulam pollicis absciderit, quinque sol' emend'. Secundus digitus nominatur index, siue demonstratorius, pretium
- 20 eius xv.cim solidi, ungulae eius v. sol'. Tertius digitus qui nominatur impudicus, eius pretium xii.cim sol', et ungulae eius ii.o solidi. Quartus anularis, praetium eius xvii.tem sol', ungulae eius iii.or sol'. Quintus auricularis, eius praetium ix.uem sol', ungulae eius, unius sol'.

8 (* uel molares.) *perhaps by a different hand*

6 anterior glossed i. praecisor *perhaps by a different hand* 7 (caninus) *perhaps by a different hand* 8 Mandibula glossed i. tuxel 10 Menti glossed i. cinban *perhaps by a different hand* 13 ius glossed i. mæri *perhaps by a different hand*

76v

- Si quis uulneratur in ilio xxx.ta solidis emendetur. Quod si ultra fuerit perforatum, ad utrumque foramen xx.ti sol', id est pro uno foramine xx.ti sol', et pro alio similiter. Si femur hominis perforatum fuerit,
- 5 xxx.ta sol' emend', et si fractum fuerit, similiter. Si tibia perforata fuerit sub genu, xii.cim sol' emend'. Quod si super genu fuerit, xxx.ta sol'. Primus digitus pedis appretiatur xx.ti sol', secundus xv.cim sol', medius ix.uem sol', quartus vi. sol', quintus v. sol'. Si quis in
- 10 uerendis ita uulneratur ut (non) possit generare infantem, eius pretium lxxx.ta sol' emend'. Si cui abscidatur brachium cum manu ante cubitum, lxxx.ta sol' emend'. Omne uulnus factum extra capillos, et ante manicas, et ante cubitum, et
- 15 ante genu, habebit duplex praetium. Si assatura renum quod angli uocant lændebræde omnino incisa fuerit, lx.ta sol' emend', si autem infixa fuerit, xv.cim sol' emend'. (*) Si quis uulneratur in humero, si uiuere potest, emendetur ei lxxx.ta sol'. Si quis
- 20 percusserit manum alterius deforis, si potest mederi, dentur ei xx.ti solidi, si autem dimidia abscisa sit, xl.ta sol' emendentur ei. Si quis costam hominis fregerit cute integra, emend' ei x.cem sol'. Quod si cutis fracta fuerit et os inde extrahatur,

18 (* Si perforata fuerit, xxx.ta sol' emend').)

1 ilio *glossed i. grin perhaps by a different hand*

77r

- quindecim. Si cui abscidatur oculus, pes, aut manus, ista tria aequale praetium habent, scilicet lx.ta vi. solid', et sex den', et tertiam partem denarii. Si alicui abscidatur crus usque ad genu, lxxx.ta sol' ei emend'.
